

Reverendissimus dominus Johannes, tituli Sanctæ Mariæ in Domnica, de Medicis, florentinus.

Reverendissimus dominus Fridericus, tituli Sancti Theodori, de Sancto Severino, italicus.

25* Reverendissimus dominus Yppolitus, tituli Sanctæ Lucæ in Silice, Estensis, ferrariensis.

Reverendissimus dominus Julianus, tituli Sancti Angeli, de Cesarinis, romanus.

Reverendissimus dominus Alexander, tituli Sancti Eustachii, de Farnesio, romanus.

Reverendissimus dominus Ludovicus, tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedin, de Aragonia, neapolitanus.

Reverendissimus dominus Marcus, tituli Sanctæ Mariæ in Porticu, Cornelius, venetus.

* Reverendissimus dominus Amadeus, tituli Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, de Libret, gallus.

Reverendissimus dominus Carolus, tituli Sancti Viti in Macello, del Final, januensis.

Reverendissimus dominus Sigismundus, tituli . . . de Gonzaga, mantuanus.

26 *Questi sono alcuni verssi messi in varij lochi di Roma a l' intrada de papa Julio.*

Julio II, pontifici maximo, ob libertatem publicam restitutam.

Hinc robur Julii inspicias memorandaque gesta.
Ex animo invicto quid nisi palma venit?

In arco triumphali.

Divo Julio II, pontifici maximo, expulsori tyrannorum.

Nocte pluit tota, radiat modo clarus Apollo,
Indulgent Julio tartara tela poli.

Ergo læta cohors meritis occurre triumphis,
Dum sibi, dum nobis pristina regna parat.

In arcu apud domum reverendissimi domini cardinalis portagallensis.

Gloriosus apparuisti in conspectu Domini,
propterea decorem induit te Dominus.

Lignum vitæ in medio paradisi.

O quam gloriose et quam beate
revertuntur victores de prælio!

Qui, ut corpus ferri, sic est
animus fidei lorica indutus.

Julius II, pontifex maximus, dispersit
superbos mente cordis sui.

In arcu triumphali in Banchi.

In cælum redeas serus, populoque Quirini
Intersis lætus tempora longa beans.

Deseris heu! heu! nos; tete tua Roma reposcit;
Respice nos, et nos sis memor esse tuos.

Nunc hilares, quando mihi: Nunc, ludite! gentes,
Jam licet, et plausu dicere: Victor adest!

Dii tibi dant et tu quæcumque mereris, Jule;
Dii mihi dent et tu quæ volo, si merui.

Aliud arcu triumphali, ibidem.

Virtuti et gloriæ sancti pontificis,
auctoris pacis libertatisque: veni, vidi, vici.

In arcu triumphali ad Sanctum Celsum.

Julio secundo, pontifici maximo,

quia. tam brevi tempore, oppressum
jam tot annis Ecclesiæ statum tyrannis,
utroque gladio fugatis, et frustra
alii pontifices . . . desiderarunt, restituit.

Sub arcu prædicto.

Tuo, Juli, audito nomine, cum multi se dederint,
liceat ne tibi presenti nos non dedere?

In arcu triumphali in ponte.

26*

Divo Julio II, maximo pontifici, apice
tranquillitatis fundatori.

Divo Julio II, pontifici maximo, tyrannicæ
factionis victori, cum palma redeunti.

Ad castrum Sancti Angeli.

Sub Julio quercus ex quercu palma resurgit.
Nil mirum; nostri hæc sunt monumenta Jovis.

Sub curru triumphali.

Julio II, pontifici maximo,

tyrannorum expulsori,
libertatis assertori,

justitiæ propugnaculo,

auctori pacis,
custodi quietis.